nis magnitudo & principatus, qui est homini in his diebus. *Hieronym.* Quod amplius est. Lxx. Plurimum eorum.

רְהָבִים Superbi, fortes. *est plurale Toar,40,5. Hieron.* ad Superbias.

רהט Currere, *apud Tharg. unde*

רָהִיט AEdificium quod fit in domibus altis, ad currendum de vna domo ad alteram. *a i Cantic. 1, 17.*

רָהִיטֵנוּ בְּרוֹתִים Laquearia nostra abiegna. *vel* Trabes nostræ. Q. Fistulæ nostræ. *sic 7,5.*

בָּרְהָטִים In tignis. i. in domo eius, (*aut* fistulis, & canalibus *i.* in comis capillorum eius similibus fistulis, *vt exponit R. Ionah.*) *sed Gen 30,38. & Exod. 2, 16. significat* Canales, *vel* locum cursus aquarum, *aut* Piscinas factas ad adaquanda animalia.

רוב Litigare, disceptare, contendere, increpare, iurgare, iudicare: *in Cal, Genes. 26, 22. Iudic. 11, 25. Thren. 3, 58. [sic Iob 33,19.*

וְרִיב עֲצָמָיו אֵיתָן Et contendet cum ossibus eius vehementi. *s.* dolore. *vel*, cum ossibus quæ sunt fortia.

רִיב *ponitur pro* רוב *quod est Macor: vel est præteritum secundum formam Paol. Al.* Et in multitudine ossium eius fortis. *s.* dolor. *Vel potius,* Magnitudo ossium eius fortis. *Al.* Et contentio bellorum eius (*i.* infirmitatum) fortis.

a *Inut*

וְרָהַב רֵעֶיךָ Et robora amicum tuum. *Iod in* רעיך *abundat, vel subauditur* ב *i.* cum amicis tuis. *vel* per amicos. *ac si diceretur,* Multiplica illi amicos.

יִרְהֲבוּ הַנַּעַר Inualescent, roborabunt se, superbiẽt puer, (*pro* pueri:) *Isa. 3, 5. Hieron.* Tumultuabitur *Al.* Dn̄abutur, præerũt, superabũt, *vel* potestatẽ exercebũt. *&c. Hiphil, Cant. 6, 5.*

הִרְהִיבֻנִי Fortiores fuerunt me, præualuerunt mihi. *Al.* Superbire fecerunt cor meum. *Et Psalm. 138, 3.*

תַּרְהִבֵנִי Roborabis me, *vel* roborare fecisti me. Q. Dedisti mihi fortitudinẽ magnã, *siue* magnitudinẽ: Magnificasti me. *Tharg.* Multiplicabis me, *aut* multiplicare facies me. *Hieron.* Dilatabis me, *legens* ח *pro* ה.

רַהַב Fortitudo, robur. Q. Superbia *Al.* Victoria: *Isaia 30,7. [AEgyptus, à fortitudine & superbia sic appellata, 51,9. & Psalm. 87, 4. licet quidam* Superbum & superbiam; *alij,* victoriã *i.* homines victoriæ *i.* homines victoriosos, *exponant.] Item Iob 9, 13.* Freti

רָהָב Superbia, *aut* fortitudine. Q. Viri dominij *i.* dominatores. *& 26, 12. quidam exponunt*, Tumorem maris. *Al.* Cetum. *i.* maiores pisces. *Et cum affix. ab alia forma Psalm. 90, 10.*

רָהְבָּם Fortitudo eorum *i.* dies fortitudinis eorum, qui sunt iuuentutis. *Vel,* Om-

mur, (*pro* persequimur) eum? *Vel est præteritum ex Niphal, id est*, Quoties passus est persecutionem ob suas iniquitates? Q *est nomen Toar, ac si d.* Cur Deus est persecutor ipsius Iob?]

Et in Niphal, Persecutionem pati: *Thren.*5,5. (*vt in Pual, Isa.*17,13.) *Eccl.* 3,15.

אֶת־נִרְדָּף Tempus præsens, instans tempus sequens aliud tempus. *Lxx* Deus quæret eũ qui persecutionẽ passus est. *Hieron.* Deus instaurat quod abiit.

Et in Piel, Sequi: *Hos.*2,7. (*& Nahum* 1, *vers.* 8.

יְרַדֶּף *quod potest etiam esse transitiuum in tertium: ac si d.* Deus iubebit tenebris, vt persequantur inimicos eius.)

[*Illud autem Psalm.* 7, 5.

יִרַדֹּף Persequatur (inimicus animam meam) *est ex Cal & Piel; & ratio compositionis est, quia locutus est Propheta, quod inimicus persequatur eum ipsemet, & alios etiam persequi faciat eum. Alij dicunt esse Hithpael, iuxta formam Paol, (sed non rectè) pro*

יִתְרַדּוֹף, *quia Hithpael est semper intransit.*

*Et in Hiphil, Iudic.*20,43.

הִרְדִיפֻהוּ Insequi, *aut* persequi fecerunt eum.

מֻרְדָּף Persecutionẽ passum nõ prohibuit *.s.* ne persecutionẽ pateretur: *Isa.*14, 7.

רָהָה Pauere. *vnde* תִּרְהוּ Formidetis: 44,8. *& nusquam alibi.*

רָהַב Roborare, fortificare. *vt Prouerbiorum* 6. *versu* 3.

natus est ipse ignis. *quia* אש *inuenitur masculinè.*) *Al.* Et contriuit ipsum *.i.* vnumquodque ex ipsis: *Al.* Assumpsit illud. *Tharg.* Et subiecit eas *.s.* munitiones. *sic enim* צמות *transtulit.*

Et futurum defectiuum,

וַיֵּרְדְּ Et dominabitur: *Ps.*72,8. *Num.*24,19.

Et in Piel futurũ, Iud. 5,13.

יְרַד Dominabitur, (*pro* dominatus est) superstes

לְאַדִּירִים fortibus. *Quidam dicunt hic* ל *poni pro* ב *Al.* Dominari fecit Dominus superstitem Israelem, *vel*, de Israel, *&c. Tharg.* Tũc descendit, *vel* descendere fecit vnum è castris Israel, *&c.* *In Hiphil*,

יַרְדְּ *Isa.* 41,2. Et regibus Dominari faciet.

רָדַם *In Niphal*, Soporari, *siue* sopiri: *Dan.*8,18.

Et in Benoni, Iona 1, 6.

נִרְדָּם Sopite, soporate, *vocandi casu. & alibi.*

תַּרְדֵּמָה Sopor, somnus. *.s.* fortis: *Genes.*2,21.

& in regimine,

תַּרְדֵּמַת 1.*Sam.*26,12.

רָדַף Sequi. *Et* Insequi, persequi, *& tunc ferè construitur cum* אַחֲרֵי *.i.* post; *quod tamen in interpretatione omittitur: Iudic.*4,16. *sic* 1.*Sam.*24,15.

אַחֲרֵי מִי אַתָּה רֹודֵף Quem tu persequeris? *&c.* ם *litera Macor inuenitur interdũ cũ hiric pro sere, vt*

מִרְדּוֹף A persequendo: 23,28.

מַה־נִּרְדָּף לוֹ [*Item Iob* 19,28. Quid perseque-

רָגַשׁ Congregare se, tumultũ facere: *Psalm. 2, versu 1. ubi quidam,* Sociauerunt se, coniunxerunt se, (*Lxx.* Fremuerunt) *exponunt.*

Et Nomen, 55, 15.

בְּרָגֶשׁ In congregatione, societate, coniunctim. *Lxx.* In cõsensu. *Hieron.* In terrore. *Tharg.* Festinãter. *Et aliud*

מֵרִגְשַׁת A societate, congregatione, à tumultu: 64, 3.

רָדַד Expandere, extendere: *Ps.* 144, 2. *In Benoni,*

הָרוֹדֵד Expandens. (*vbi* עמי *ponitur pro* עמים. *i.*populos, *vel* populum meum. *i.* Saul & illi adhærentes.) Q. Qui debilitat populos. *Hieronym.* Qui subdit. *Et Macor defectiuum ex Cal, Isa.* 45, 1.

לָרַד Vt expandam. *Hieron.* Vt subiiciam.

Et in Hiphil, 1. Reg. 6, 32.

וַיָּרֶד Et extendit, *aut* extendere fecit. *Hieron.* Operuit.

מוֹרָד Expansio, extensio: *1. Regum 7, 29.*

רְדִיד Velamen, operimentum. *vel,* Cortina, *aut* velum *siue* peplum sericum: *Cantic.* 5, 7. *Hieron.* Pallium. *Lxx.* Theristrum. *Plurale,*

רְדִידִים Vela, *aut* Theristra: *Isaia* 3, 23.

רָדָה Dominari; *& ferè construitur cum* ב, *vt Leuit.* 26, 17. *&c.*

[Accipere, desumere: *Iudic.* 14. 9. *sic Ierem.* 5, 31.

יִרְדּוּ Accipient, *pro* accipiebant *.s.* munera in manus suas. *vel,* Dominabantur (*.s.* populo) per manus eorum *.s.* prophetarum.]

וַיִּרְדֶּנָּה Et dominatus est ipsi *.s.* ossi, *pro* ossibus. Q. Domi-

לְמַעַן הַרְגִּיעַ Vt quiescere faciat. *est Macor, quamuis He sit cum hiric. Potest esse & præteritum vice futuri. Tharg.* Vt conterat. *Item Ierem.* 31, 2. *& Isaia* 51, 4.

אַרְגִּיעַ Requiescere faciam. *vel,* Requiem præstabo. *Alij deducunt à* רָגַע, *& exponunt,* Faciam in momento, *aut* repentè, absque mora. *& Ier.* 49, 19.

אַרְגִּיעָה Quiescere faciam. *Hier. & alij,* Subitò, breui tẽpore; *& sic* א *redundat, vt in* אכזיב. *Tharg.* In tẽpore. *Al.* Diuidere faciam, *vel,* succidere faciam, *vt* 50, 44.

וְעַד־אַרְגִּיעָה Et ad momẽtum (lingua mendacij:) *Prou.* 12, 19. *vel, vt sit verbum,* In seculũ requiescere faciam. *vel,* Et in seculum scindã & succĩdam linguam, *&c. Et in Niph.*

הֵרָגְעִי וָדֹמִּי Quiesce & sile: *Ier.* 47, 6.

מַרְגֵּעָה & מַרְגּוֹעַ Requies: *Ier.* 6, 16. *Isa.* 28, 12.

Et aliud, Iob 21, 13.

וּבְרֶגַע Et cum requie, (quiete.) *Hier.* Et in pũcto. *Al.* In hora. *i.* breui tempore.

רֶגַע Scissio *vnde* **וְעַל־רִגְעֵי אֶרֶץ** Et in scissionibus, scissuris terræ. *i.* in locis occultis. *vel melius,* Contra quietos, humiles, mãsuetos terræ, *aut* cũ quietis, *&c. R. Sal.* Cõtra cõtritos: *Psal.* 35, 20. *Item*

רֶגַע *significat* Momentũ, tẽpus breuissimũ: repentè: *Exodi* 33, 5. *Psa.* 6, 11. *Et plurale*

לִרְגָעִים Ad momenta, in singula momenta. *Isa.* 27, 3.

רַגְלֵי Pedes, *in regimine*: *Ios.* 4,9. (*& Iud.* 3,24. Purgat ipse אֶת־רַגְלָיו Pudenda sua, *vel* ventrem suum .i. mingit.) *Et alia forma*,

מַרְגְּלוֹתָיו Pedes eius: *Dan.* 10,6.

רֹגֵל Fullo, *sic dictus, quòd suis pedibus pannos lauet & conculcet*: 2.*Sam.* 17,17.

רָגַם Lapidare, lapidibus obruere: *Leuit.* 24.14. *& Macor pro futuro*, *Num.* 15,35.

רֶגֶם Princeps, *vel* Maior: *Zach.* 7,2. *Alij putant esse* nomen proprium.

Et aliud, *Psalm.* 68, 28.

רִגְמָתָם Duces eorum. *Hieron* In purpura sua. *R.D.* Congregatio eorum. *Vel est* רִקְמָתָם .i. recamationis suæ .i. induti vestibus suis purpureis, acupictis. *aut*, Gloria eorum.

מַרְגֵּמָה Congregatio, aceruus, tumulus lapidum. *Al.* Funda: *Prouer.* 26,8. Q. In purpura, *ab* ארגמן. *Al.* In re laudabili & gloriosa.

רָגַן Murmurare, susurrare: *Isa.* 29,24. *idq; in Benoni. Hieron.* Mussitatores.

Idem in Niph. vt Ps. 106,25.

וַיֵּרָגְנוּ Et murmurauerunt.

נִרְגָּן Murmurator, susurro: *Prouerb* 18,8.

רָגַע Findere, scindere, diuidere: *Iob* 26,12. *& Isa.* 51,15.

רֹגַע *in Benoni cum pathach. Item Iob* 7,5. *vbi est intransitiuum .i.* Scissa est, transfixa est, contrita est *Hieron.* Aruit. *Al.* Remissa est, *aut* debilitata. *Et in Hiphil*, (Quiescere: *Isa.* 34,14.) *Ier.* 50,34.

Et in Hithp. Irasci: 2.*Re.* 19,28.

רָגְזָה *&* רֹגֶז Ira, *vel* Terror, tremor: *Iob* 3,17. *vbi Hieron habet*, A tumultu. *& Ezech.* 12, 18. *Item*,

וּמִרְגְּזֶךָ Et à pauore tuo: *Isa.* 14, 3. מ *deseruiens est cum hiric. Hieron.* A concussione tua.

רַגָּז Timidus, pauidus: *Deut.* 28,65.

רִגֵּל Detrahere, obloqui, accusare. *à* רֶגֶל .i. pes, *quòd detractores ingiter eant, & narrent verba huius alteri.*) *Psal.* 15,3.

In Piel, Accusare: 2.*Sam.* 19,27. [Explorare: *Ios.* 14,7. *vnde*

מְרַגְּלִים Exploratores: *Ge.* 42,9.]

Et in Hiphil semel,

תִרְגַּלְתִּי Ambulare feci super pedes, assuefeci: *Hos.* 11,3. ת *est loco* ה. *Quidam dicit esse nomen* (*instar* תִּפְאָרָה) *id est*, Assuefactio pedum ad incedendum.

רֶגֶל Pes: *Exod* 21,24.

Et cum affix. Gen. 30,30.

לְרַגְלִי Ad pedem meum. *vel* cum pede meo .i. ad introitum pedis mei. *Al.* Causa, gratia mei, *vel* propter me.

רַגְלִי *Cum nominibus numeralibus coniunctum, significat* Peditem .i. ambulantem suis pedibus: *vt Numer.* 11, 21. *& singulare ponitur pro plurali, secundum morem linguæ.*

רַגְלִים *Plurale*, Pedites: *Ier.* 12,5.

רַגְלַיִם *Duale*, Pedes: *Leuit* 11,42.

[*Et* Pudenda, *secundum R. D. Isa.* 7,20.]

רְגָלִים Vices: *Exod.* 23, 14.

cum eo: *Levit.* 20,16. & 18,23. *Et in Hiphil,*

תַּרְבִּיעַ Coire facies; *vel* Accumbere facies: 19,19.

רֶבַע Accubitus. *unde* רִבְעִי Accubitus meus: *Psalm.* 139,3.]

רְבִיעִי Quartus: *Gen.* 1,19.

רְבִיעִית Quarta: *Levit.* 19,24.

רְבִיעִים & *ab alia forma* רִבֵּעִים Quarti: *Exod* 20,5.

רְבִיעִית & רֹבַע & רֶבַע Quartum, Quarta pars: 1. *Sam.* 9,8. *Num.* 23,10.

רִבְעָיו Quadrangulis eius. *Vel,* Lateribus eius: *Ezech.* 34,16. *sic* 1; *versu* 8.

רִבְעֵיהֶם Partibus, lateribus eorum.

אַרְבַּע Quatuor, *feminin. generis:* *Zach.* 1,18. Quartus, a, um: *Gen.* 14,5. *sic in masculin.*

אַרְבָּעָה *Masculinum.* & *in regimine* אַרְבַּעַת *vers.* 9. 1. *Sam.* 4,2.

& *cum affix. Dan.* 1,17.

אַרְבַּעְתָּם Quatuor ipsis.

Et duale, Bis quatuor, .i. Octo: *vt* 2. *Sam.* 12, 6,

אַרְבַּעְתָּיִם Quadruplam, *id est,* agnas quadruplas.

אַרְבָּעִים Quadraginta. *communis gener. Deut.* 29, 5. & Quadragesimus: *vt* 1, 3.

רָבַץ Cubare, accubare, iacêre: *Gen.* 49,9. &c. *Et in Hiph.* Accubare facere, sternere: *Ezech.* 34,15. (& *Isa.* 13. 20. *vbi subauditur*, Oues suas.) & 54,11.

מַרְבִּיץ Iacêre facio (.s. fundamenta, è carbunculo erunt lapides tui.) *vel,* sterno carbunculo lapides tuos.

רֵבֶץ Accubitus, cubile: *Isa.* 65, 10. *Et cum affix.*

רִבְצָהּ Cubile eius: 35,7.

Et secundum aliam formam,

מַרְבֵּץ Cubile: *Soph.* 2,15. *Et in regimine,*

מַרְבַּץ *Ezech.* 25,5.

רָבַק Saginare, pinguefacere. *Inde fit Nomen*

מַרְבֵּק Locus vbi vituli impinguantur & saginãtur, Saginarium: 1. *Sam.* 28,24.

רֶגֶב *Secundum R. Ionah,* Locus in valle coniunctus torrẽti, vbi manet aqua. *Al.* Gleba terræ.

רְגָבִים Glebæ (partes .s. terræ) *vel* Scissiones terræ; quæ fiũt ab æstu & pluuia. *Tharg.* Cretæ (.i. terræ tenaces, è quibus fiunt vasa.) *Iob* 48, 30. *In regimine plurali,*

רִגְבֵי נַחַל Glebæ torrentis: *vel, vt Lxx. habent,* Silices torrentis: 21,33.

רָגַז Tremere, contremiscere, & commoueri, conturbari pauore *aut* ira .i. Pauere, irasci: *vt Prou.* 29,9. *Ps.* 4,5.

רְגָזָה Contremiscite: *Isa.* 32,11. *est Imperat. femin. plurale; pro aliis est Macor, idem quod* לִרְגּוֹן .i. Ad

רְגֹזְנָה contremiscendum.

Et transitiuè, Ezech. 16,43.

וַתִּרְגְּזִי־לִי Et irasci fecisti me. *Hieron.* Prouocasti me. *Al.* Commota es in me.

Hiphil, Isa 23, 14. &c.

הִרְגִּיז Tremere, pauere facere; commouere: Conturbare, prouocare, *Hieron.*

Et in

מַרְבָּה *Idem: Isa.33,23. vbi* ך *i. Et, deficit: ac si d.* Et spolium multum. *& in regimine,*

לְמַרְבֵּה Ad multiplicationē: 9,7. *Vel,* Multiplicanti. *R. Abr. dicit* ם *clausum in medio indicare signum solis, cuius umbra reuersa est retrorsum.*

מַרְבִּית Multitudo, multiplicatio, augmentum, incrementum, vsura: *Leuit.25,37. 2. Paral.30,18.* [*& 1. Sam. 2, 33. vbi R. Dauid habet,* Educatio.]

מַרְבֶּה *Nomen Toar,* Magnus: *vt Ezech.23,32.*

מַרְבָּה לְהָכִיל Magnus ad capiendum.

תַּרְבִּית Incrementum, vsura: *Leuit.25,36.*

[תַּרְבּוּת Educatio: *Num.32,40.*] *Hinc etiam*

אַרְבֶּה Locusta, *sic appellata, quòd sit species multa: Exod.10.4.&c.*

רָבַךְ *In Hiphil,* Torrere, frigere. *Cuius Benoni,*

מֻרְבֶּכֶת Tostam, frictam: *Leuit.6, 20.&c.*

רבע *Inde* רָבוּעַ Quadratum: *Paul ex Cal, vel Toar,* Quadrum: *Exo.27,1. & femininum, Eze.41,21.*

רְבוּעָה *vbi* ה *in* מְזוּזַת *ponitur pro* ה, *vel intelligitur* Ostij. *Plurale,*

רְבֻעִים Quadrati: *1.Reg 7,5.*

מְרֻבָּע Quadrum, *vel* Quadratum: *Paul ex Piel, Eze.45,2. Femininum,*

מְרֻבַּעַת 40,47. *Et plurale,*

מְרֻבָּעוֹת *1.Regum 7,31.* [*Et Macor ex Cal,*

לְרִבְעָה *&* לְרִבְעָה אֹתָהּ Vt coeat cum

מַרְבַד Ornamentum lecti, stramentum, lectisternium, *vel* cortina. *vnde plurale & verbum in Cal, Prouerb.6, 16.*

מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי Ornamētis ornaui, *&c.*

רָבָה Multiplicari, augeri, crescere: *Deut.30,16.&c.*

[Iaculari, sagittare: *vt*

רֹבֶה Iaculans. *i.* iaculator: *Gen. 21,20.*] *Futurum,*

יִרְבֶּה אֱלוֹהַ מֵאֱנוֹשׁ Maior est Deus homine: *Iob 33, 12.*

יִרֶב Multiplicetur: *Genes.1,22.*

וַתֵּרֶב Et creuit, maior fuit (pars,) *&c. 43, 34. sic 1. Regum 4,30. In Piel,*

רִבָּה Multiplicare, augere: *Psal. 44,13.* [Enutrire: *Ezec. 19,2.&c.*] *Idem*

הִרְבָּה *in Hiphil, Deut.1, 10. &c. Et Exod.16,18.*

הַמַּרְבֶּה Multiplicans, *vel* qui multiplicauit, *id est*, plus collegit.

הֶרֶב Multiplica. *est Imperat. defectiuum, Iudic.20,38. vel secundum quosdam idem. valet quod* Multum, valde. *& fines est:* Vt ascendere facerent multum, *vel* valde. *sic Psalm.51, versu 4.*

הֶרֶבהּ Multiplica (*s.* misericordias tuas.) laua me; *aut* Multiplica lauare me. *Vel,* Multum laua me. *In futuro,*

יַרְבֶּה Multiplicabit, *&c.*

וַיֶּרֶב *Et defectiuè, Threnor.2, 5.* Et multiplicauit.

הַרְבֵּה Multus, a, um. Multitudo: *Hag.1,6. 2.Sam.1,4.*

רַב־פְּנִינִים Multitudo gemmarum: *Prov.* 20,15. *sic Iob* 36,18. *&c.*

מֵרֻבְּכֶם Propter multitudinem vestram: *Deut.* 7,7.

רֻבֵּי pro רִבֵּי Honorabilia, magna, *i.* verba: *Hos.* 8,12

רְבָבָה Decem millia, myrias: *Leuit.* 26, 8. *Cant.* 5, 10.

רְבָבוֹת & רְבָבוֹת *Plural.* 1. *Samuelis* 18, 8. *Num.* 10,36. *Item Deu.* 33, 2. *vbi quidam dicunt* ם *poni pro* עם, *id est*, Cum. *Interdum cadit alterum* ב, *&* *absorbetur in daghes. vt Nehemiæ* 7, 71.

שְׁתֵּי־רִבּוֹת Bis decem millia *.i.* viginti millia.

Et cum א *in fine,*

רִבּוֹ *Et fine* א רִבּוֹא 7, 66. *Ion.* 4,11. *&* 1. *Par.* 29, 7.

Plurale duale sine Aleph,

רִבֹּתַיִם Bis decem millia.i. viginti millia: *Psal.* 68,18.

Et plurale cum Aleph,

רִבֹּאות Decem millia: *Danielis* 11, 12. *Et* 7, 10.

וְרִבּוֹ רִבְבָן Et decem millia decem millium. *Tam in singulari quàm in plurali significat* Decem millia; *vt dicitur de* Centum.

רְבִיב Gutta, stilla; *vel potius* Imber *.i.* pluuia vehemens.

רְבִיבִים Stillæ, guttæ. *Vel secundũ* R. D. Pluuiæ temporaneæ, quæ descendunt in Octobri: *alio nomine* מוֹרֶה & יוֹרֶה *Ier.* 3, 3. *et* 14,22.

רָבִד *Inde* רְבִיד Ornamentum colli & gutturis, Torques: *Ezech.* 16,11.

רְבִד *& in regimine Genes.* 41,42.

מרבד

לִרְבּ Multiplicari: 6, 1. *Et in Piel particip.*

מְרֻבָּבוֹת Decem milia partæ *vel* párere factæ; *aut* Multiplicatæ decem millibus: *Psalm.* 144,13. *est verbum deductum à* רבבה *id est*, decem millia.

רַב *Nomen Toar*, Multus, magnus, maior: *Genes.* 13,6. 25,23. *Isa.* 30, 25.

Magister: *Esth.* 1,8.

Itẽ Honorabilis, inclytus ob multiplices, quibus pollet, dignitates, *sic appellatus*: *Isa.* 19,20.

רַב־לָכֶם Sufficit, sat est vobis: *Numer.* 16,3.

רַבִּים Multi, magni, inclyti: *Psalm.* 3,2. *&* 22,13. *Hamos* 3,15. *Iob* 32,10.

[Sagittarij: *Ierem.* 50, 29. *Iob* 16,13.] *Femininũ,*

רַבָּה Multa, magna: *Genes.* 6, 5. Multiplicatrix, multa & abundans: 1. *Sam.* 2,5. *idq́ in regimine* רַבַּת.

Et cum Iod redundante,

רַבָּתִי עָם Multa, magna populo: *Thren.* 1,1.

רַבַּת & רַבָּה Multũ, sæpè, multoties: *Psal.* 123, 4. *&* 129, 1.

רַבּוֹת *In plurali*, Multæ: *Iud.* 8,30. *Prou.* 19,21.

רֹב Multitudo, magnitudo: *Leuit.* 25,16. [Multus, magnus: *Iob* 11, 2.

Holem mutatur in camets hateph cum macaph, vt

רָב־אֹכֶל Multus cibus: *Prouerb.* 13,23. *&* 20, 6.

רָב־אָדָם Magni hominis: *et Eccl.* 1, 18. *vbi substantiuè etiã* multitudo, abundantia.]

Deuter. 11, 12. Primitiua, primitiæ: *Leuit.* 2, 12. [Præcipuum, *vel* præcipua, electa: 1. *Sam.* 15, 21. *Hamos* 6. 6.]

Sunt autem qui dicunt

רֵאשִׁית *semper esse in regimine; & illud Gen* 1, 1. In principio creauit, *exponunt*, In principio creandi, *vel* In principio .s. omnium creauit, *&c. alij aliter sentiunt.*

רַאֲשָׁה *Huius tantum extat plurale*

מְרַאֲשֹׁתָי A capitibus, *pro* ceruicali: 1. *Sam* 26, 12. ה *est hic deseruiens. Sed Gen.* 28, 18. *est nominis constitutiua,*

מְרַאֲשֹׁתָיו (Sub) capitibus suis, *pro*, sub capite suo. *vel* (ad) ceruical suum. *&* 1. *Sam.* 26, 6. Ad caput eius, *vel* ceruical.

רַאֲשָׁה *Vnde Plurale cum affix.*

מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם Magis quàm principus vestris: *Ezech.* 36, 11. *Et cum* א *mobili,*

מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם Magnitudines vestræ, *vel* principatus vestri, *Ierem* 13, 18.

רָבַב Multiplicare, augere. *vt Isa.* 54, 13.

וָרָב Et multiplicabit, *aut* multiplicabitur, crescet. *sic Psalm.* 18, 15.

וּבְרָקִים רָב Et fulgura multiplicauit, *vel* iaculatus est. *sed potest esse nomen Toar, quia in quibusdam codicibus scribitur cum camets.*

רַבּוּ Multiplicatæ sunt. *Isa.* 22, 9. *& Psalm* 4, 8. *&c.*

[Iaculari, *vnde secundum formam Paol*

וָרֹבּוּ Et iaculati sunt: *Genes.* 49, 23.] *Maior*

רֹאשָׁה *vbi tamen correctiores codices legunt* ה *sine mappic, vt sit Toar femineum.* [Toxicum, venenum, fel: *Deut.* 29, 18. *&* 32, 33. *Psal.* 69, 22. *sic quoque Thren.* 3, 5. Et circundedit caput .s. meum. *alij exponunt*, felle, veneno, toxico. *Inuenitur & sine Aleph, vt dicemus in* רוש.]

רָאשֵׁי *&* רָאשִׁים *in regimine* Capita, principia: *Genes.* 2, 10. Cacumina: 2. *Sam.* 5, 24. Duces, principes: *Exod.* 18, 25. *Et cum affix.*

רָאשָׁיו Capita eius. *Et cum holem,*

רֹאשָׁיו *Isaia* 15, 2. *&*

בְּרָאשֵׁינוּ In capitibus nostris: 1. *Regum* 20, 31.

רִאשׁוֹן Primus, prior: *Exod.* 12, 2. *& cum Iod vice* א,

רִישׁוֹן *Iob* 8, 8. *& cum* א *& Iod*, 15, 7. *Ierem.* 17, 12.

מֵרִאשׁוֹן A principio *quidam exponunt.*

רִאשֹׁנִים Primi, priores: *Exod.* 34, 1. *Leu.* 26, 45. *&c.*

רִאשֹׁנָה *&* רִאשׁוֹנָה *Feminin.* Prior: 5, 8. *Ier.* 25, 1. Prius, primùm: *Numer.* 2, 9. *& Daniel.* 11, 29.

כְּרִאשֹׁנָה Sicur prius.

בָּרִאשֹׁנָה In principio, in primis, prius: *Deut.* 13, 9. *Et cum* ל *&* מ *cum patach, vt*

לְמִבָּרִאשׁוֹנָה A principio: 1. *Paralip.* 15, 3.

רִאשֹׁנוֹת Priores, *vel* priora: *Isa.* 41, 22. 43, 9. *&* 18 *&c.*

רֵאשִׁית Principium, initium. *Exod.* 23, 19. *& sine* א,

potest videre te.

רוֹאֶה Visio, prophetia, demonstratio: *Isa.* 28, 7.
Vide etiam Benoni.

רֹאִי Prophetia mea. *Genes.* 16, 13.

בְּרְאוֹת In visionibus, *aut* in visione, *id est*, prophetia: 2. *Paralip.* 26, 5.

רְאִית Visio: *Eccles.* 5, 10. *vbi duplex est lectio.*

רְאִי Speculum. *vt Iob* 37, 18.

כִּרְאִי מוּצָק Sicut speculũ forte, *aut* fusum.
& plurale ab alia forma, *Exod.* 38, 8.

בְּמַרְאוֹת E speculis. ב *ponitur pro* מ, *id est*, è, ex.
[*Et aliud*, *Leuit.* 1, 16.

מֻרְאָה Vesicula gutturis; vesicula auium vbi manent sordes.]

רָאָה Ixos, *secundum D. Hieronym. Deut.* 14, 13. *Al.* Vultur. *fortè ab acumine visus sic appellatur.*

רְאֵם *D. Hieron. nunc* Vnicornẽ, *nunc* Rhinocerotem *vertit*: *Num.* 23, 22. *Quiescit interdum* א *& mutatum in Iod, vt*

רִים *Iob* 39, 8.

רְאֵמִים *&* רֵמִים *Plural. Isa.* 34, 7. *& Psal.* 22, 22.

רֹאשׁ Caput, cacumen, summitas, vertex: *Genes.* 3, 15. *Exod.* 34, 2. Principiũ, initium: *Psal.* 119, 160.
Summa: *Exod.* 30, 12.
& vers. 23. Præcipuum.
Dux, princeps, capitaneus: *Num.* 1, 4. *&c.*
& Summus, primus, primarius: 2. *Paral.* 31, 10.
sic etiam Zacharia 4, 7.

Ierem. 38, 21. *Et* ה *cum* -

וְהֶרְאִיתִי Et ostendam, *&c. Nah.* 3, 5. *Et in participio passiu.*

מָרְאֶה Videre fis: *Exod.* 25, 40.
[*Et aliud Soph.* 3, 1. Væ

מוֹרְאָה fœdatæ & inquinatæ.]

לַרְאֹתְכֶם Ad ostendendum vobis: *Deuteronom.* 1, 33. *cum defectu* ה. *Et vnum futurum defectiuum*,

וַיַּרְא Et ostendit: 2. *Regum* 11, 4. *Cætera sunt ex Cal.*
Et in Hophal,

הָרְאָה Videre factus est: *Leuitic.* 13, 49.
Et in Pual, Iob 33, 21.

רֻאוּ Visa sunt. *Et in Hithpael*, 2. *Reg.* 14, 8.

נִתְרָאֶה Videamus nos facie *.i.* præliemur, pugnemus. *sic* 2. *Paral.* 25, 17. *& alibi.* (*Item Genes.* 42, 1.

תִּתְרָאוּ Aspicietis, *pro* aspicitis (*.i.* statis ad vidẽdum) *aut* aspicitis vosipsos? *Al.* Quid litigatis? *Hieron.* Negligitis? *Lxx.* Pigri estis?)

מַרְאֶה *&* מַרְאָה Visus, visio, aspectus: 12, 11. *Daniel.* 10, 7.
Cum affix.

מַרְאֵהוּ Aspectus eius.

מַרְאוֹת Visiones: *Ezech.* 1, 1.
Et plurale masc. cum affix.

מַרְאָיו Aspectus eius: *Iob* 40. *&c.*

רֳאִי Visus, visio, aspectus: *Iob* 7, 8. *&* 33, 21. 1. *Sam.* 16, 12. [Inquinamentum: *Nah.* 3, 6. *Lxx. & Hieronym.* In exemplum.]
Et cum camets-hateph, *Genes.* 16, 13. Tu Deus

רֳאִי Visionis. *quasi d.* quia homo

LITERA ר

me.· & ibidem

רָאִי Videns me.
Et in Paul, Esth.2, 9.

הָרְאֻיוֹת Dignæ, conuenientes .i. honorabiles, quæ essent dignę vt ministrarent illi.

וְרָאֹה Et Macor pro præterito, Et vidi: Eccles.9,11.

רָאוֹת רַבּוֹת Videre multa,& nō custodies i.non prodest videre multa,nisi custodias: Isa. 42, 20.

לִרְאֲוָה בָךְ Vt videant, aut aspiciant te: Ezech.22, 17. Al. Vt contemnant te.

[Pugnare, præliari: vt 2.Regum 6,21.

כִּרְאֹתוֹ אֹתוֹ Quum pugnaret ipse cum illo.]

Futurum est sæpè defectiuum,

וְיֵרֶא Et videat.
1. Samuel.24,16.

וַיַּרְא Et vidit: Genes. 1,4.

In Niphal

נִרְאָה Apparêre,conspici: Numer. 14,14. & 1.Sam 1,22.vbi

אֶת ponitur pro ל.sic 1. Reg. 11,9. cum ה loco אשר.i qui.

Et Macor sine ה, Isa.1,12.

לֵרָאוֹת Vt conspiceremini. sic Exod. 34,24. &c.

Futurum est sæpè defectiuum,

וָאֵרָא Et apparui, ostendi me: Exod.6. vers.3.

הֶרְאָה & הַרְאֵה In Hiphil, Videre fecit, ostendit: Genes.41,28.& 48,11.

רָאָה Cernere,intueri, videre: Genes. 29, 32. &c. Prouidere: 22, 8. Metaphoricè, Videre,pro audire,intelligere: Ieremiæ 2, 31. & Exod. 29, 18.

וּרְאִיתַנִי Et vidisti me secūdum dispositionem hominis dignitatis: 1. Paral. 17, 17. Hieron. Fecisti me spectabilem. R Salom. AEquasti me,& adduxisti me in numero magnorum.

Et Ezech.16,50.

רָאִיתִי Quemadmodum † vidi .s. malitiam earum; aut Quemadmodum visum est mihi. sic Psalm.54,9. In hostibus meis † vidit oculus

רָאֲתָה meus .s. quod volebam.

sic 118, 7.Thargum, In hostibus meis oculus meus vidit vltionem.

Et multa similia sic expones quoties construitur cum ב.

In Benoni

רֹאֶה Videns,propheta: 1. Sam. 9,9.&c. Item Gen.16,13.

אַחֲרֵי רֹאִי Post videntem me .i. illa quæ sunt post vidētem me. Vel, Postquam conspectus est mihi,& vidit afflictionem meam. vel est Nomen, id est, Post visionem meam, vel prophetiam meam. Hieronym. Posteriora videntis

collo aut capiti vel gutturi: Isa 3,20.

קֶשֶׁת Arcus; 1.Sam. 2, 24. Iris: Gen. 3, 14.

Et cum affix.

קַשְׁתּוֹ Arcus eius.

קְשָׁתוֹת & קַשְׁתוֹת *in plurali: Isa.* 13, 18. *Ierem.* 51,56. &c.

קַשָּׁת Sagittarius: Genes. 21,20.

DICTIONES QVADRATAE.

קָדְקֹד Vertex. *Require in radice* קדד.

קַעֲקַע Nota, signum, stigma: *Leuit.* 19,28. *R. Dauid exponit* חרות Exaratum, descriptum, *scilicet* in carne. *Radix potest esse* קעע.

קַרְקַר Destruere. *require in* קר *in verbo geminato.*

קַרְדֹּם Securis.

& cum affixo

קַרְדֻּמּוֹ 1. *Samuel.* 13, *vers.* 20.

קַרְדֻּמִּים & קַרְדֻּמּוֹת *In plurali, vers.* 21. *Psalm.* 74, 5.

קרסל *Inde fit* קַרְסוֹל Talus pedis, *aut* crus. *cuius plural. affix.*

קַרְסֻלָּי Tali mei, *vel* crura mea: 2. *Samuel.* 22, 37. *Al.* Genua mea, *seu* poplites.

קַרְקַע Pauimentum: 1. *Reg.* 6. 15. [*Et nomen loci:*

הַקַּרְקָעַת *Iosu.* 15, 3. Karkah versus.]

קשקש *Inde fit* קַשְׂקֶשֶׂת Squama: *Numer.* 11, 9.

קַשְׂקַשִּׂים *Plurale mascul.* Squamę: 1. *Samuel* 17, 5.

Et femin. cum affix.

בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ Squamis tuis.

mi, qui ponebantur inter panes, ne ex mutuo contactu mucidi fierent: *Exo.* 25, 29. Q. Crateres. *Et cum Vaf mobili, Hieron.* Thuribula. 37, 16.

קְשׂוֹת

קשח *In Hiphil* הִקְשִׁיחַ Crudele & durum esse, crudeliter relinquere, Elongare à corde: *Iob* 39, 19. *Et Isa.* 63, 17.

תַּקְשִׁיחַ־לִבֵּנוּ Indurabis; *pro* indurasti *aut* indurare fecisti *vel* permisisti cor nostrum. *R. Abrah.* Remouebis.

קשט *Inde fit* קֹשְׁטְ & קֹשֶׁט Veritas, perfectio, firmitas: *Psal.* 60, 6. *Prouerb.* 22, 21.

קשט *Cum puncto in sinistro cornu. Inde fit*

קְשִׂיטָה Nummus: *Gen.* 33, 19. *Iob* 42, 11. *Al.* Agna, *vel* ouis.

קָשַׁר Ligare, colligare, coniungere: *Deuter.* 6, 8. 11, 18. Coniurare: 1. *Reg.* 16, 16. *etc.*

וְהַקְּשֻׁרִים Et ligata .i. primitiua (erant Iacob:) *Gen.* 30, 42. *sic appellata ob fortitudinem. ligamen enim est fortitudo. sic vers.* 39. *in Paul Piel. Idē in Piel, Isa.* 45, 18. *Itē*

הַתְקַשֵּׁר Non ligabis (.i. maturescere facies) fructus delicatos Vergiliarum? *al.* constringes? *Iob* 38, 31. *In Niphal,* Ligari: 1. *Sam.* 18. 1. *Et in Hithpael,* Coniurari: 2. *Paral.* 24, 25.

קֶשֶׁר Coniuratio: 2, *Sam.* 15, 12.

Et cum affix.

קִשְׁרוֹ Coniuratio eius, &c.

קִשֻּׁרִים Murenulæ, torques, ornamenta quæ alligantur

tiuè. *In Hiphil,*

הקשה Indurare, aggrauare: *Exod.* 13, 15. *& Iob* 9, 4. *vbi subauditur* Cor suum. *nisi malis esse intransitiu. vt*

הקשית לשאול Difficilis fuisti postulando, *id est*, rem difficilem postulasti: 2. *Regum* 2, 10.

בהקשתה Cùm aggrauasset eã (.f. partus ad mortẽ:) *Genes.* 35, 17. *Et futurum defectiuum*, 2. *Par.* 36, 13.

ויקש Et indurauit.

קשה Durus, grauis, difficilis. 1. *Samuel.* 25, 3.

אדנים (*& Isaia* 19, 4. *vbi plurale ponitur pro singulari.*)

קשה־ערף *Et in regim. Exod* 32, 9. Durus ceruice.

קשים *Plurale:* 2. *Samuel.* 3, 39. *& in regimine*

קשי־לב Duri corde: *Ezech.* 3, 7.

קשה *Feminin.* Dura: *Exod.* 1, 14. *& in regimine* קשת.

קשות *Plural.* Dura .f. verba: *Genes.* 42, 7.

קשי Duritia, peruicacia. *Deuteronom.* 9, 27.

מקשה AEquale, planum: *Exod.* 25, 30. *Hieron.* Ductile; quod malleis attenuatur in laminas. *Tharg.* נגיד .i. Tractum, *vel* protractum. *sic Isaia* 3, 24. Pro

מעשה מקשה Dispositione æquali, (caluitium. *&c.*) *vel* Dispositione, æqualitate . i. & æqualitate, *vt sit substantiuũ; non secus ac illud Ierem.* 10, 5.

קשה *Inde Nomen in regimin.* קשות Medij cala-

התקוששו וקושו Scrutamini vosipsos, & scrutemini. *translatio à* קש .i. minutis rebus, quæ egent exactissima perscrutatione. *Hieron.* Conuenite, congregamini. *Al.* Congregamini, congregate vos, & colligite vos pariter. R. *Abrah.* Increpate vos, & increpate; *vel* disceptate.

קש Stipula, palea minuta, lignum minutũ: *Isa.* 5, 24.

קשא *Inde fit* קשא Cucumis. *vnde plurale*

קשאים Cucumeres: *Numer.* 11. 5.

מקשה Cucumerarium: *Isa.* 1, 8. *Secundum R. D.* ה *est vice* א. *vel est radical.*

קשב Attendere, intendere, *vel* Attendere facere; *in Hiphil, Ierem.* 23, 18. *Psal.* 66, 19. *&c.* *Inuenitur futurum Cal, Isa.* 32, 3.

תקשבנה Audient.

קשבת *Toar femin.* Intenta. *Nehem.* 1, 6.

קשבות *In plurali, ab alia forma;* 2. *Paral.* 6, 40.

קשב *& in pausa* קשב Auditus, attentio: 1. *Reg.* 18, 29. *&* 2. *Reg.* 4, 31.

קשה Durum, asperum, graue & difficile esse: 1. *Samuel.* 5, 7. *& futurum defectiuum:* 2. *Samuel.* 19, 43.

ויקש Et grauius, durius fuit. *Et in Niphal, Isa.* 8, 21.

נקשה Induratus. *Et in Piel verbũ trãsitiuũ, Gen.* 35, 16.

ותקש Et indurauit dũ pareret. *vel*, aggrauauit .f. partus animam eius. *vel intransi-*

קָרַע Scindere, rumpere, aperire: 1. *Sam.* 15, 28. *&c.*
[*ſed Pſal.* 35, 15. *exponitur,*
קָרְעוּ Cachinnauerunt, *vel* Aperuerunt os ſuum præ multitudine riſus. *Al.* Oblocuti ſunt cõtra me, ac ſi carnẽ meã ſcinderent.]

קְרֻעֵי בְגָדִים Sciſſi veſtibus: *Ierem.* 41, 5. *&* 2. *Reg.* 18, 37. *Et in Niphal*

נִקְרַע Scindi: 1. *Reg.* 13, 3. *&c.*
Hinc Nomen

קֶרַע Sciſſio. *cuius Plurale*

קְרָעִים Sciſſiones, partes: 1. *Reg.* 11, 30. *&* Veſtes ſciſſæ: *Prouerb.* 23, 21.

קָרַץ Annuere, innuere: *Prouerb.* 6, 13. *& Pſalm.* 35, 19.
[*Et in Pual, Iob* 33, 6.

קֹרַצְתִּי Exciſus ſum, *id eſt*, formatus ſum.

קֶרֶץ Exciſio, ſucciſio: *Ierem.* 46, 20. *Hieron.* Stimulator.
Apud Doctores ſignificat etiam Iugulationem *&* occiſionem.]

קֶרֶשׁ *Idẽ quod* לוח Tabula, aſſer: *Exod.* 26, 18. *&* 19.
In plurali,

קְרָשִׁים & קַרְשֵׁי Tabulæ.

קַרְשֵׁךְ Tabulam tuam, *pro* tabulas tuas: *Ezech.* 27, 6. *Hieron.* Tranſtra tua.

קָשַׁשׁ Colligere minutatim, congregare. *In Poel*

קֹשֵׁשׁ *Exod.* 5, 7. *&* 12.
[*Illud autem Iſa.* 29, 21.

יְקֹשׁוּן Increpabunt. *R. Ionah radicem huius verbi facit* קוש. *Al.* יקש *i.* Illaqueare. *ac ſi d.* Laqueos tendent increpanti ſe. *Al* Probris afficiẽt, *à radice* קשש.]
Et in Hithp. Soph. 2, 1.

בְּקָרְחָתוֹ In caluatione eius: *ibidem.*

קֶרַח Glacies, gelu, cryſtallus: *Iob* 6, 16. *Ezech.* 1, 22.
Et cum affix. ab alia forma,

קָרְחוֹ Glaciem ſuam. *Lxx.* Cryſtallum ſuam: *Pſ.* 147, 17.

קָרַם Tegere, operire carnem pelle *vel* cute: *Ezech.* 37, 6. *& intranſit. verſ.* 8. *Hieron.* Extendere.

קֶרֶן Cornu: *Et Metaphoricè* Fortitudo, *eò quòd eſt locus altior qui ſit in animali, & eſt fortitudo eius.* Poteſtas, regnum: *Dan.* 8, 9. 1. *Sam.* 2, 10. *& cum affix.*

קַרְנִי Cornu meum, *vel* Fortitudo mea: 1. *Sam.* 2, 1. *Vide* עלל.

קַרְנַיִם *Duale*, Cornua: *Ham.* 6, 13.
[*& Habac.* 3, 4. Splendores, *ſecundum quoſdam.*]
Et cum ſeua ſub ק,

קְרָנַיִם *Daniel.* 8, 3. *& cum affix.*

קְרָנָיו Cornua eius: *verſ.* 7.

קַרְנֵי *In regim. plurali. Pſalm.* 75, 11. *& plural.*

קְרָנוֹת & קַרְנוֹת *femin. Zach.* 1, 18. *Exod.* 29, 12.
[*Et verbum in Cal,*

קָרַן Splendere: 34, 29. *R. Salom. ſcribit quòd* lucem emittebat inſtar cornu.]
Et in Hiphil, Pſa. 69, 32.

מַקְרִן Faciens cornua.

קָרַס Incuruare, *idem quod* כרע: *Iſa.* 46, 1. *vbi Thargum habet*, Succiſi ſunt.

קֶרֶס *vel* **קָרֶס** Vncinus curuus, Circulus, fibula.
cuius plural.

קְרָסִים & קַרְסֵי Vncini, *Exod.* 26, 33. *et ver.* 6.

ſic eodem cap. verſ. 41.
הַקְּרִיּוֹת *in plurali. licet ſit cum* ה *notificatiuo. Et cũ* ת *loco* ה *ſigni feminin. aut radicalis literæ*

קֶרֶת Ciuitas: *Iob* 29,7.

מִקְרֶה Accidens, euentus, contingentia: 1.*Sam.*6,8.
*ſic Deut.*23,10.*cum daghes in Koph ad ornatum, licet D.K. ſentiat* ם *eſſe præpoſitionem.*

קֶרִי *& cum accentu diſtinguente* קֶרִי Ex aduerſo: *Leuit.* 26, 21. *vt* ב *ſubaudiatur. Et cum* ב *verſ.*40. *Al.* Per accidens, accidentaliter, *aut* contingenter. *Thar.* Durè. *Al.* Pertinaciter.

קָרַח Decaluare, depilare caput, tondere: *Leu.* 21,5.*& Mich.* 1,16. *ſed hic eſt intranſitiuum.*
Et in Niph. Ier. 16,6. Non
יִקָּרֵחַ לָהֶם Caluitiũ erit eis. *Vel,* Non incîdet ſe nec decaluabit ſe quiſpiã ſuper eos.
Et in Hiphil,
וְהִקְרִיחוּ Et decaluabunt, *aut* decaluare facient. *Ezech.* 27, 31. *In Paul,*
מְקֹרָח Decaluatum: 29,18.

קֵרֵחַ Caluus: *Leuit.*13,40.*&* 2. *Reg.*2,23.

קָרְחָה Caluitium: *Deut.* 14, 1.
& cum א *vice* ה קָרְחָא *Ezech.* 27,31.

קָרְחָתֵךְ Caluitium tuum: *Mich.*1,16.

קָרַחַת Caluities, recaluatio: *Leuit.* 13,42. *propriè eſt* locus decaluatus, in quo fuerunt capilli, ſed defluxerunt.
Vel ſecundum R. Abrah. Depilatio in vertice capitis: *cũ* גַבַּחַת *ſit tantùm* in fronte.

Nehem. 3, 2. *Et Benoni,*
הַמְקָרֶה Qui contignat (aquis cœnacula, *&c.*) *Pſ.*104,3.
& Macor,
לְקָרוֹת *Nehem.*2,8.*&c.*]
In Hiphil,
הִקְרָה Occurrere fecit: *Geneſ.*27, 20. (*& Numer.* 35, 11.
וְהִקְרִיתֶם לָכֶם עָרִים Et conſtituetis vobis ciuitates. *eſt enim verbum deductum à* קִרְיָה .i. ciuitas.)
*& Gen.*24,12. *vbi poteſt eſſe*
הַקְרֵה Occurre, *vel* occurrere fac. *Tharg.* Præpara.
In Niphal, (quidam quæres in קרא) *futurum defectiuũ,*
וַיִּקָּר Et occurrit: *Numer.*23,4. *q. d.* Cum duritia & contemptu apparuit, *vt vult R. Salomoh.*
Illud autem 1.*Sam.*28,10.
יִקָּרֵךְ *ponitur pro* יִקְרֵךְ Continget tibi, *aut* eueniet tibi. *vel erit Cal, & Koph erit dagheſſatum euphoniæ cauſa.*

[מְקָרֶה Contignatio: *Eccl.*10,18.

קוֹרָה Tignum, trabs: 2.*Reg.* 6,2.
Plurale, Cantic. 1, 17.
קֹרוֹת Tigna, trabes.]

קִרְיָה Ciuitas: *Deut.*2,36.
Et in regimine קִרְיַת
*ſed Iſa.*29,1. *Tau eſt loco He, vel aliquid ſubauditur. Vel ponitur in regimine, quia coniungitur verbo præterito, vt eſt conſuetudo linguæ.*
*Nomen duale, Ierem.*48,1.
קִרְיָתַיִם Nomen vrbis ex vrbibus Moab.

קְרָבַת & in regimine קִרְבַת Propinquitas, appropinquatio: *Isa* 58,2.

קָרְבָּן & קָרְבַּן Oblatio: *Leuitic.* 1,2. *Num.* 31,50. & cum kibbuts sub Koph,

לְקָרְבַּן Ad oblationem: *Nehemia* 13,31.

קְרָב Bellum, prœliũ: *Iob* 38,23. & plurale feminin. קְרָבוֹת *Psal.* 68,31.

וּקְרָב־לְבוֹ Et ad prœliũ cor eius: 55,22. *subauditur enim* ל, *id est*, Ad. & *vers.* 19.

מִקְּרָב־לִי A bello (*vel* prœlio) mihi. i. quod est mihi. *sunt ab alia forma.*

קֶרֶב Medium: *Gen.* 45,6. Venter, intestinum: *Leuit.* 3,3. *Metaphoricè*, Intimum, Cogitatio: *Psalm.* 64,7. *Et cum affix.*

וְעַל־קִרְבּוֹ Et cũ intestino eius, (vẽtre eius:) *Exod.* 12,9. על *ponitur pro* עם. *i.* cum.

קִרְבָּנָה Ventrem illarum: *Genes.* 41,21.

קְרָבַי Interiora mea: *Psal.* 103,1.

קָרָה Contingere, euenire, vsuuenire, occurrere: *Esth* 4,7. & 6,13. &c. *Benoni femin.*

קוֹרוֹת Accidentia, euenta, *vt Genes.* 42,29.

Et futurum Eccles. 2, 15.

יִקְרֵנִי Eueniet mihi. *Et futurum defectiuum*, *Ruth* 2,3.

וַיִּקֶר Et accidit. & *cætera quære in* קרא. [Contignare. *i.* tignis, *vel* trabibus tecta coniungere & operire. *idq; in coniugatione Piel*, *vt*

קֵרוּהוּ Contignauerunt eam. *i.* posuerunt trabes, & ordinauerunt super portam: *Nehem.*

& *sic de cæteris.*

קוֹרֵא Perdix: *Ierem.* 17,11. & 1. *Sam.* 26,20.]

קָרַב Appropinquare, accedere: *Gen.* 20,4. &c. *sic Ps.* 37,2.

בִּקְרֹב Dum appropinquant mihi, *vel* aduersum me. *Vel*, Cùm bellant, pugnant aduersum me.

קְרַב אֵלֶיךָ Sta in teipso, ne appropinques mihi: *Isa.* 65, 5. *Hieronym.* Recede à me. *Sed* 2 *Reg* 16, 12. *est transitiuum*, Offerre. *vel* אל *ponitur pro* אל.

Extat verò Ezech. 37, 7.

וַתִּקְרְבוּ Et appropinquauerunt. *pro* ותקרבנה.

Idem in Niphal, Exod. 22,7. & *Iof* 7,14.

In Piel, vt Hos. 7, 6.

קֵרֵב Appropinquare, accedere fecit. (& *interdum intransitiuum, vt Ezech.* 36,8.) & 37,17. *in Imperatiuo,*

קָרֵב Appropinquare fac.

Idem in Hiphil,

הִקְרִיב Adducere, afferre: *Genes.* 12,11. *Exod.* 14,10. *hic intelligitur*, Castra sua; *illic* Turmam suam. *vel sunt intransitiuè exponenda.*

Item Offerre: *Leu.* 7,8. &c.

קָרֵב *Toar*, Appropinquans, propinquus: 1. *Sam.* 17,41.

קְרֵבִים *Plurale, Ezech.* 40,46.

קָרוֹב Propinquus, vicinus: *Gen.* 45,10.

קְרוֹב *in regimine.* קְרוֹבִים *in plurali.*

קְרוֹבָה *Femnin.* Propinqua: *Genes.* 19,20.

קְרֹבוֹת *In plurali,* Propinquæ, vicinæ.

קר Frigidus. **קרים** Frigidę: *Vnde Ier.18,14.*

קרה Frigus: *Nahum 3,17. & cum affix. Psal.147,17.*

מקרה Refrigerium: *Iudic. 3, 20. vbi dicitur*, Cœnaculum refrigerij *.i.* æstiuum, in quo flabat ventus. *Tharg.* Cœnaculũ domus æstiuę.

קרא Vocare, appellare, inuocare, inuitare, clamare: *Genes.1,5. Psal.34,7.* Legere: *Deut. 15, 9. Ios. 8, 32.*

Prædicare: *Isa.61,1. & 2. Ioel.3,14. & Ion.1,2. &c.*

[Euenire, contingere, accidere: *Gen.42,38.49,1. Deu.31,29. Iob 4,14. Iere 13, 22. & nõ malè Isa.60,18.*

וקראת ישועה חמתיך Et eueniet salus muris tuis. *Al.* Vocabis (ô Sion) salutem muros tuos. *Al.* Et clamabit salus ad muros tuos. *Itẽ*

קראתיך Eueniunt, accidunt tibi: *51,19.*]

Et in Paul,

קרוא Inuitatus: *Esth.5,12. &*

קרואים Inuitati, magni, magnates, maiores: *1.Reg.1,40. Ezech.23,23. & sæpe alibi.*

Parati, *secundum quosdam: 1.Sam.9, 13. Inuenitur hoc modo Futurum 1.Sam.28,15.*

ואקראה Et vocaui. [*Venit sæpe more desinentium in* ה, *vt*

יקרה Continget, &c. *Dan.10,14.*

תקרינה Contingent (bellum, *pro* bella:) *Exod.1,10. & Isaiæ 41,22. Et in Hiphil,*

ותקרא אותם Et euenire fecisti eis: *Ierem.32,23.*]

In Niphal, Deuter. 28,10.

נקרא Vocari, inuocari. Legi: *Nehem.13,1.*

[Occurrere: *Exod.5,3. sic 2. Samuelis 1, vers.6.*

נקרא נקריתי Accidẽtaliter veniendo accidentaliter veni. *Hieron.* Casu veni. *sic Deuteronom. 22,6. sed Numer.23, 7. cum He,*

יקרה Occurret.] *Et quando coniungitur cũ* ל, *potest reddi per* Nomen imponi, *vt*

יקרא לך Tibi nomen erit, *vel* imponetur nomen, *&c. Isaiæ 1,26 &c.*

Et in Piel, Isa. 48, 12.

מקראי Vocatus meus *.i.* appellatus à me. *est particip. passiuum. Et in Pual, vers. 8.*

קרא לך Vocatur nomen tibi *.i.* vocaris. *& sic de cæteris.*

קריא *Nomen Toar. Plurale,* **קריאים** Maiores, celebres, conuocati: *Num.16,2.*

מקרא Vocatio, conuocatio, locus in quo fit congregatio: *Leuit. 23,3.* [Scriptura sancta *hoc nomine etiã appellatur, eò quòd legi debeat.* Lectio: *Nehem.8,8.*]

מקראי Conuocationes: *Leu.23,2.* Loca congregationis: *Isaiæ 4, 5.*

קריאה Vocatio, lectio, prædicatio: *Ion. 3, 2. Tharg.* Prophetia.

קראה Occursus. *sed tantùm inuenitur in regimine* **לקראת** In occursum. *(quanquam R.Dauid in Michlol tradat esse absolutum.)* **קראת**

לקראתו In occursum eius: *Exod. 19, 17. Numer. 22, 36. & sic*

fligi, *ut alibi sæpè.*
Metere, demetere: *Ier.* 12, 13. *unde in Benoni,*
קוֹצֵר Metens, messor.
קֹצְרִים Metentes, messores, *&c.* *Ruth* 2.
קְצָרוֹת Breuiara, arcta, *vel* breuia: *Ezech.*42, 5. *est Toar vel Paul.*
Et Macor cum affixo,
בְּקֻצְרְךָ Cùm messueris: *Leuitic.* 23, 22.
*Et in Piel, Psalm.*102, 24.
קִצַּר Abbreuiauit.
Et in Hiphil,
הִקְצַרְתָּ Breuiare fecisti: 89, 46.
קֹצֶר Abbreuiatio, angustia, afflictio, anxietas: *Exod.*6, 9.
Et nomen Toar in regimine,
קְצַר Breuis (iris:) *Prou.*14, 17. *.i.* facilis ad irascendum, impatiens. *& versu* 19. Breuis spiritu *.i.* velox. *Et Iob* 14, 1. Breuis diebus, *&c.*
קִצְרֵי־יָד Breues manu: 2. *Regum* 19, 26.
קָצִיר Messis, demessio: *Genes.*8, 22. [Ramus: *Iob* 14, 9. *Hosea* 6, 11.] *Et in regim.*
קְצִיר Messis: *Ruth* 2, 23. [*& Iob* 18, 16. Ramus. *sic secundum quosdam*, 29, 19. *Et Ps.* 80, 12. Mittet, *pro* misit
קְצִירֶיהָ ramos suos, palmites suos. *Hieronym.* Comas suas.] *Item*
קָצִיר Messor: *Isa.*17, 6.
[*Illud autem vers.* 11.
נֵד קָצִיר Cōmotio rami *.i.* emouebitur ram° tuus in die percussionis *.i.* prosperitas illa omnis plātationis tuæ abibit in fumum; quia oblita es, *&c.*]
קָרַר Frigescere. *Inde* קֹר Frigus: *Genes.*8, 22.

קָצַע *In Hiphil,* Abradere, decorticare *.i.* remouere corticem, lituram & complanationem muri: *Leuitic.* 14, 41. *Hinc*
מַקְצֻעוֹת Dolabræ, planulæ: *Isaia* 44, 13. *Al.* Regulæ quibus aliquid solet lineari.
מִקְצֹעַ Angulus: *Nehem.*3, 19.
& in plurali,
מִקְצֹעֹת & מִקְצוֹעֵי Anguli: *Ezech.*46, 21. *&* 22. *Et aliud, Exo.*26, 23.
לְמִקְצֹעֹת Angulis.
Et participium in Hiphil,
מְהֻקְצָעוֹת Angulatis *.i.* habentibus angulos: *Ezech.* 46, 22. *& est dictio vna ex quindecim punctatis, quæ sunt in Scriptura.*
קְצִיעָה Nomen aromatis, *idem quod* קִדָּה Casia. *In plural.*
קְצִיעוֹת Casiæ: *Psalm.* 45, 9. *Al.* Costus, *vel* Costum.
קָצַף Feruere, *aut* bullire ira: excandescere, irasci: *Gen.*41, 10. *&c.* *Idem in Hithpael, Isa.*8, 21. *Et in Hiphil,* Irasci facere, ad iram prouocare: *Deut.*9, 7. *&c.*
קֶצֶף Ira, efferuescentia subita: *Num.*1, 53. [Spuma: *Hos.* 10, 7.] *Et cum affix.*
מִקִּצְפּוֹ Ab ira eius, (*aut* propter iram eius:) *Ier.*10, 10. *&*
קִצְפְּךָ Ira tua: *Psalm.* 38, 2. *Koph est cum seghol.*
קְצָפָה Decorticatio: *Ioel.*1, 7. *Vel,* Ira, *aut* maledictio. Q. In spumam. *Al.* In efflationem animæ.
קָצַר Angustari, arctari, stringi, breuiari, abbreuiari: *Isa.* 28, 20. 50, 2. 59, 1. *Mich.* 2, 7. *sic Num.*21, 5. *vel* Af-

מִקְצֵה רַגְלַיִם Succisus pedes. i. succisos habēs pedes. Vel, Succidens, decorticans pedes, aut extremitatem pedum. Macor

לִקְצוֹת Excidere, vel excisionem facere. Al. Tædere, vel irasci: 2. Reg 10,32.

Et in Hiphil, Leuit. 14,21.

הִקְצוּ Decorticauerunt, vel abraserunt. Al. Remouerunt de extremitate.

sic versu 43. Macor,

הִקְצוֹת vbi hiric est loco pathach.

קָצֶה Finis, extremitas, extremum: Exod. 26,28.

Et in regimine, Iosue 3,8.

עַד־קְצֵה Vsque ad extremum.

Et cum affix. Isa. 56,11.

מִקָּצֵהוּ Ab extremo eius.

מִקְצֵיהֶם De extremis suis: Ezec. 33,2. ק est sine daghes. vel ם præpositio deficit; à forma מִקְצֵה.

Et secundum aliam formam,

קָצָה Extremum, extremitas: Exod. 37,8.

קְצוֹת Extrema, extremitates, in plurali: 28,23. &

קְצוֹרת 38,5. cum Vau mobili.

& masculinum plurale

קְצֵוִי in regimine Psalm. 48, vers. 11.

מִקְצָת Pars, finis, idq; in regimine, Dan. 1,2. & 18.

קֶצַח Gith, aut Nigella, species leguminis, cuius granum est nigrum: Lolium: Isaia 28,25.

קצן Inde קָצִין Dux, capitaneus, rector, gubernator, ductor: Isaia 3,6. &

קְצִינֵי in regimine plurali, 1,10.

קצע

Et in Piel,

קִצֵּץ Præcidere, abscindere: 2. Reg. 18,16 &c.

קֵץ Finis: Genes. 6,13.

sed Deuteronom. 15,1.

מִקֵּץ .i. A fine. à Doctoribus exponitur, A principio: nam cùm hac dictio significet finem aut extremum temporis; & extremum dicatur tam de principio quàm de fine, pro vtroque ponitur.

קָצֶה Idem: Isa. 2,7. potest huc etiam referri: vel ad קצה.

Cum affix.

קִצּוֹ Finis eius.

קִצֹּה Finis eius .i. templi, quod est finis graduum: 2. Reg. 19,23. cum ה vice Vau.

קצב Excidere, incidere, tondere, decurtare: 2. Reg 6,6. & Cantic 4,2. vbi deficit Ouium aut Caprarum: ac si d.

קְצוּבוֹת Tonsarum s. ouium. Al. Ouium purificatarū præ aliis ouibus cum præcisione; vel Aequatarum .i. æqualiter incisarum.

קֶצֶב Præcisio æqualis, aut eiusdem mensuræ, incisura: 1. Regum 6,25.

& plurale, Ion. 2,7.

לְקִצְבֵי Ad scissuras, incisiones. Hieron Ad extrema, vel ad fines. Al. Ad radices.

קצה Incidere, succidere præcidere, decorticare: idem quod כרת & חתך. vt Habac 2,10.

קְצוֹת Succidendo, vel eo quòd succideris populos. Alij dicunt esse nomen. i. Fines: ac si d. Consuluisti pudorem ex omnib. finibus populorū.

Idem in Piel, Prouerb. 26,6.

קָפָא Coagulari, congelari, condensari: *Exod* 15,8. *& Soph.* 1,12. *Et in Hiphil,*

תַּקְפִּיאֵנִי Coagulabis me, *pro* coagulasti me: *Iob* 10,10.

קִפָּאוֹן Congelatio, nix congelata: *Zachar.* 14,6. Res coagulata, tenebrosa, densa: *Iob* 31,26 *&c.*

קָפַד Excidere, succidere, incidere, *in Piel: Isa.* 38,12. *vbi Hieron. habet*, Præcisa est; *cùm præteritũ sit primæ personæ*

קִפַּדְתִּי Præcidi.

קְפָדָה Præcisio, excisio, excidiũ: *Ezech.* 7,25.

קִפֹּד Ericius: *Isaiæ* 34,23. Q. Testudo. *Al.* Noctua.

קפז *Vnde* **קִפּוֹז** Ericius. *idem quod* קִפּוֹד *V.* 15.

קָפַץ Obthurare, claudere: *Psal.* 107,42. *Iob* 5,16. *&c.* (*sic Psal.* 77.10. *vbi quoque potest* Prohibere, *exponi. Tharg.* Auferre, amouere. Q. Saltare.) [*In Piel,*

מְקַפֵּץ Saltans, transiliens: *Cant.* 2,8.] *Et in Niphal,*

יִקָּפֵצוּן Claudentur, erunt clausi & contrahentur. *Vel,* Festinanter deficient, & non cognoscetur locus eorum, sicut saltantis. *Al.* Excidentur. *Iob* 24,24.

קָצַץ Incidere; præcidere, succidere, extremas partes præsecare: *vt* *Deuter.* 25,12.

וְקַצֹּתָה *Et in Paul, Ierem.* 9, 26.

קְצוּצֵי פֵאָה Attonsi coma. *ad verbum sonat* præcisi angulo. *Al. exponunt* Habitantes in fine orbis, in angulo mundi. *à* קֵץ *&* פֵּאָה.

Et in

קס קע

קָנֵץ Finis. *vnde* **קִנְצֵי** Fines: *Iob* 18, 2. *Tharg.* Tẽpus. **קֵץ** *potest esse ex hac (& sic radice; & daghes, quod recipit cum affixis, est loco נ deficiẽtis. quare in* קצץ.) *Alij di* **קִנְצֵי** *esse loco literæ cunt* ב *in* *geminandæ.*

קָסַס *Idem quod* קצץ Excidere, succidere: *& semel inuenitur Ezech.* 17, 8. *idq; in futuro Poel. Hieron.* Distringere.

קָסַם Diuinare. *Hieron.* Ariolari: *Ezech* 21, 21. *& Mich.* 3, 6. Et tenebrescet vobis

מִקְּסֹם (*.s.* nox) † propter diuinare: *.i.* diuinationem. *vel,* ne diuinetis.

קוֹסֵם Diuinus, diuinator, ariolus: *vt Isa.* 3,2. *& Iosuæ* 13, 22. *&c.*

קֶסֶם Diuinatio: *Num.* 23,23. *Plurale,*

קְסָמִים Diuinationes .i. merces diuinationis: *Num.* 22,7.

מִקְסַם *Idem: Ezech.* 12, 24. *vbi est - sub* ס *præter normam. Vel est in regimine, vt sit sensus,* Diuinatio viri blãdi, *id est,* loquentis blanda, vt propheta mendax.

קֶסֶת Atramentarium: *Ezech.* 9. *vers.* 2. *&* 3 *&* 11.

קָעַע *Require in* יקע, *&c. Et potest fieri vt huc pertineat nomẽ Tcar*

קוֹעַ Viri nobilis & honorabilis: *Ezech.* 23, 23. Dux, *vel* Diues, & Honorabilis.

קָעַר *Inde* **קְעָרָה** Scutula, scutella: *Num.* 7, 85. *Hieron.* Acetabulum, *quod &* Hemina *dicitur.*

קַעֲרַת *In regimine: versu* 13.

קְעָרוֹת *&* **קַעֲרוֹת** *in plurali:* 4, 7. *&* 7, 84.

Vnde Nomen

מִקְנָה Emptio, possessio: *Genes.* 23, 18. & 12. &

מִקְנַת *in regimine*, 17, 23.

מִקְנֶה *Idem:* & Pecus tam crassum quàm minutum, Pecus, acquisitio pecoris. *vt Genes.* 45, 24. *Et in regim.*

מִקְנֵה־צֹאן Possessio pecorũ, (*aut* oviũ) 26, 14.

Et cum affix.

לְמִקְנֵהוּ Pecori suo: 33, 17. *&c.*

Plurale cum affix.

מִקְנֵיהֶם Pecora eorũ: 36, 7. *&c.*

קִנְיָן Substantia, possessio, opes: *Ezech* 38, 12. Emptio: *Leuit.* 22, 11. *Et plural. cum affix Ps.* 104, 24.

קִנְיָנֶךָ Substantiis tuis.

קָנֶה Calamus tam mensuræ, quàm calamus aromaticus: Canella *vulgò: Exod.* 25, 32 *Isa* 19, 6.

In regim.

קְנֵה *Ezech* 42, 16. *&c.*

קְנֵי & קָנִים Calami; *plurale masculinum. Exod.* 25, 32. *A similitudine* Calami dicitur Lancea *Psal.* 68, 31. & Statera cui hinc inde filis appenduntur bilances. *Isa.* 46. 6.

Et femininum

וְקְנֹתֶם Et calami eorum *vers.* 31.

Et cum ה *femin. Iob* 31, 22.

קָנָה Canna brachij i. os brachij oblõgu instar calami.

קנם *In ie* קִנָּמוֹן Cinnamomum: *Prouerb.* 7, 17.

Et in regimine, Exod. 30, 23.

וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם Et cinnamomum aromatis. *R D. scribit appellari vulgò*, Lignum aloës.

קִנֶּךָ Nidum tuum: *Numer* 24, 21.

קִנִּים Nidi, *aut* mansiones: *Genes.* 6, 14.

קָנָא *In Piel* קִנֵּא Inuidere, æmulari, zelare: *Numer.* 25, 13 *vbi* ל *ponitur pro* בעבור .i. Pro, propter. & 5, 14. *&c.*

קִנְאוּנִי Zelare fecerunt me, (æmulari fecerunt me:) *Deuteron.* 32, 21. *Al.* Irasci fecerunt me. *Et in Hiphil*, Zelari, æmulari, *vel* irasci facere: 32, 21 & 16. *&c. Hieron.* Prouocare. & *Ezechiel.* 8; 3.

הַמַּקְנֶה Zelare facientis. *Tharg.* Irasci facientis. *verbi more desinentium in* ה.

קַנּוֹא & קַנָּא Zelotes, æmulator, inuidus: *Exo.* 20, 5. *Ios.* 24, 19.

קִנְאָה Zelus, æmulatio, inuidia, zelotypia: *Num.* 5, 14. *&c.*

קִנְאַת *in regimine.* קְנָאוֹת *in plurali, vers.* 15.

קָנָה Acquirere, possidere, emere: *Genes.* 25, 10. & 4, 1. *vbi* אֶת *ponitur pro* מִן .i. à: *vel pro* עִם .i. cum.

קוֹנֶה Emens, emptor: *Leuit.* 25. 28: *Isa.* 24, 2. Possessor. 1, 3: & *Genes.* 14, 19.

Interdum futurum abijcit ה, *vt Genes.* 33, 19.

וַיִּקֶן Et emit. *Et in Niphal* Emi: *terem* 32, 43.

Et in Hiphil, Zach. 13, 5.

הִקְנַנִי Possidere me fecit .i. Docuit me vt possiderem pecus, & colerem terrã: vt essem pastor & agricola.

mentum, vt fiat farina)

קמט Rugare .i. rugas contrahere: vt Iob 16,8.

וַתִּקְמְטֵנִי Et rugare fecisti me, (in testem fuit) &c. Et in Pual, 22, 16.

קֻמְּטוּ Succisi sunt. Ad verbum sonat, Rugati sunt. vel est Metathesis à כמט .i. succidere, apud Doctores. Tharg. Et cessauerunt. Hieronym. Qui sublati sunt.

קמל Excidi, succidi: Isa. 33, 9. Item Isa. 19, 6. cum sere sub ם à secunda forma.

קמץ Congregare: Colligere: Et Comprehendere pleno pugillo vel plena vola aliquid. Leuit. 2,2.

קֹמֶץ Pugnus, pugillus. & cum affix.

קֻמְצוֹ Pugillus eius: itidem.

לִקְמָצִים Ad congregationes .i. vt congregarent, atque colligerent fruges multas. Vel, Protulit terra fructū multum. q d. ex grano vno multos pugillos: Genes. 41.

קמש Inde fit קִמּוֹשׂ Vrtica: Isa. 34, 13. Et plurale ab alia forma,

קִמְּשֹׂנִים Vrticę: Prou. 24. 31. vbi nomen plurale coniungitur cum verbo singulari.

קנן Nidifica-re: in Piel קִנֵּן, Ezechielis 31, 6. & Isaiæ 34, 15. sed

מְקֻנַּנְתְּי Nidificas: Ierem. 22, 23. est compositum ex præterito Pual, & קִנַּנְתְּ Benoni Piel, & Iod redundat.

מְקִנְּנָה

קֵן Nidus: Psalm. 84,4. in regimine,

קַן Deuteronom. 22,6.

יִתְקַלָּס Iactabit se, triumphabit. (Vel Ridebit. ac si d. Reges deridebit: vt Ezech. 22, 5. & 2. Reg. 2, 22.)

קַלָּסָה & קֶלֶס Illusio, derisio, subsannatio: Psal. 44, 14. Ezech. 22, 4.

קלע Funda proiicere, vel torquere lapidem, aut aliud quidpiam: Iudic. 20, 16. Ierem. 10, 18. [Ad similitudinē fundæ sculpere, aut pingere: 1. Reg. 6, 30.]

קִלַּע in Piel, Funda iacere: 1. Sam. 17, 49. & 25, 29.

קַלָּע Funditor, fundibularius. Plurale, 2. Regum 3, 25. קַלָּעִים.

קֶלַע Funda: Zach. 9, 15. [Cortina, sic forsan appellata, quòd esset picta figuris fundarum.] Et cum affixo

קַלְעוֹ Funda eius: 2. Sam. 17, 40. In plurali

קְלָעִים Fundæ. 2. Paral. 26, 14. [Cortinæ. Exod. 27, 9. (sed 1. Regum 6, 34. Latera; eo quòd erant opere fundarum seu rotularum facta.) & in regimine

קַלְעֵי Cortinæ. Exod. 35, 17.

מִקְלַעַת Sculptura: 1. Reg. 6, 18. Plural.

[.מִקְלָעוֹת & מִקְלְעוֹת

קלש Inde fit קִלְּשׁוֹן Tridens, aut furca, tres habens dentes: 1. Samuel. 13, 21. vbi ei adiungitur שְׁלשׁ, id est, tres scilicet dentes habens.

